



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Arsenius C. 19. Iulii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

*Est bonorum Adolescentorum, timorem
Dei habere, deferre parentibus honorem, ca-
stitatem tueri, non aspernari humilitatem,
deligere clementiam ac verecundiam; quæ
ornamenta sunt minoris ætatis. S. Bern. l.
de Ord. Vitæ.*

S. ARSENIUS C. 19. Julii.

ARSENIUS bonis artibus & virtutibus
juxtâ clarus Arcadium & Honorium
Theodosii Aug. filios literis imbuendos
& pietate accepit: quod munera tantum
pius Imp. fecit, ut eum non filiorum mo-
dò, sed suum etiam parentem dici volue-
rit. Quid? quod ubi sedentes pro dignita-
te stans docuit, interveniens Theodosius
stare imposterum filios & audire seden-
tem jussit, timendas imperii secures lite-
ratis scholæ fascibus submittens, quos
cùm in gravius delinquentem Arcadium
strinxisset ARSENIUS, necem ille Docto-
ri inferre molitus est, penè Nero ex Ar-
cadio factus. Adeò non jam primum bo-
norum Magistrorum didactron odia &
insidia sunt discipulorum. ARSENIO in-
terim vox cælo hæc accidit: *Fuge, tace,
quiesce.* Fugit itaque, sed aulæ servitutem:
tacuit Eremi discipulus, sed Doctorem
Angelum habuit. Hic vana hominum
studia illi depinxit primò in Æthiope, qui
levando, cui impar erat, oneri, alia atque
alia identidem ligna adjiciebat; tum in
homine, qui aquas ridiculè cribro hau-
riebat: demum in diobus, qui cum ti-

gno

20. Iulii. VITÆ SANCTORUM. 451
gno transverso angustam subire portam
contendebant; è quibus primus peccan-
tium, alter ambitiosorum, duo alii in-
vidorum erant typus. Denique beatâ
morte ARSENİUS quievit annos natus
C. XXI. & tunc etiam talisque mortem
horruit. Certè vivus semper cum strophio
visus est, quod lacrymas biberit, quas
mors exprimebat, expressura etiam no-
bis, si cum ARSENIO memoriae impres-
sam altius gestaremus. Ex Metaphr.

Necessæ est, ut illucescat dies patientiæ,
per quam omnia dura tacitâ amplectaris
conscientiâ, te magis dijudicans, cui dis-
plicant, quæ ad salutem sunt, & in cogi-
tatione tuâ semper partem Magistri adver-
sus temetipsum iuvans, teq; accusare, illum
excusare laborans. S. Bern. serm. de Circum.

S. MARGARITA V. M. 20. Iulii.

M ARGARITAM in manus damus, vel
cælo judice pretiosam. Adolescentu-
la clam parentibus Sacra nostra edocta
est. Eam ob causam ad Olybrium Præsi-
dem raptata fuit, ipso (nefas!) parente
filiam accusante. Gravius etiam pericu-
lum cudebatur, quando Iudex à formâ
MARGARITÆ captus amatorem induit,
& mollibus armis, blanditiis pugnam
movit. Elusit tamen insidias Virgo pru-
dens, & Præses larvâ amoris positâ ty-
rannum prodidit. Virgis initio cæsa, tum
uncis lacerata & in carcerem date. Ibi
quoque fatigatam recens hostis Or-

Ff 2

cus